# ARGVMENTA CAPITVM TOTIVS OPERIS.

## Prohemium.

MVLTIS *probatur esse fortioris sustinere, quam aggredi. idcirco iure fieri pluris iniuriarum patientes, quàm vltores ab Ecclesia catholica. milites non efferos, sed mansuetos esse debere. ex proprietatibus leonis iuxta Aristotelem describitur miles catholicus contra Macchiauellum. in prohemio.*

Cap I.

*Clarissimè ostenditur à Pontifice Romano studium disciplinæ militaris omnium maximè inter Christiano inductum, ac stabilitum. pag.* 1

Cap. II.

*Curanda in primis diuina, ac virtutes animi, deinde ars militaris, quæ sine illis est nulla, falsumq. est Romanos ob sacrificia fuisse fortes in bello.* 5

Cap. III.

*Ostenditur catholicos longè omnium fortissimos in bellis, quod cũ paucissimis suorum maiores hostium strages ediderint, quam quicumque à nobis alieni.* 10

Cap. IV.

*Catholici domuerunt plurimas nationes, quas nulla vmquam gens vel bellicosissima ex omni tempore potuerat edomare, ex quo*

fit ca-

*fit catholicos longè omnium fortißimos dicendos.* 17

Cap. V.

*Ex amplitudine regnorum, quæ nostri sibi armis acquisiuerunt colligitur nos omnium fortißimos extitiße.* 24

Cap VI.

*Cum nostri maxima imperia diutius conseruarint, armisq. tutati sint, hinc fit nostros omnium fortißimos existimando esse.* 33

Cap. VII.

*E collatione antiquorum Ducum, Regumq. in bellis clarorum. cum nostris colligitur nostros fortiores.* 84

Cap. VIII.

*E comparatione bellorum cum Persis gestorum à Romanis, & à catholicis, è bellicis machinis, tormentisque, & è fœminis militaribus apparet nostros Romanis, & omnibus in bello fortiores.* 54

Cap. IX.

*Soluuntur obiecta quædam Macchiauelli quantum ad paupertatem, & nomina Sanctorum, & contra ipsum retorquentur.* 60

Cap. X.

*Soluitur obiectum Macchiauelli, quo contendit imbelles homines fieri quod Christianā lex iniurias vlcisci vetet, & contra ipsum retorquetur.* 69

Cap. XI.

*Neceße ostenditur remittere iniurias, & contemnere ad amorem conciliandum, tuendumq. inter commilitones, quo nihil magis auget pugnātium vires, quæ diuinitus maximè augentur, cum quis ob bonum publicum se se ijs deuouet.* 74

Cap. XII.

*Per crucem, quæ singularem nobis patientiam designat, & quam nos secuturos profitemur exemplo Christi in tolerandis iniurijs maximas victorias partas.* 80

Cap. XIII.

*Catholici superant cunctos in amando Deo, & suis; ob id omnium*

*fortis-*

*fortissimi, amor enim pugnacissimos homines facit. cumque ob illum cuncta appetant, & oppugnent, maximè appetent, & oppugnabunt, atque ubi opus est, ad nihilum redigent, cum nihil potentius Deo, Deiq. amore.* 84

Cap. XIV,

*Omnium gentium regna insigniora conciderunt ob luxum, qui milites effœminauit, atque ex hoc concluditur milites catholicos omnium fortissimos, quod catholica religio maximè omnium reuocet à luxu, idemq. concluditur è fidei præstatione, & ope superorum.* 91

Cap. XV.

*Catholici sunt omnium fortissimi, quod remotissima regna, ac regiones longissimè dissitas, non modo acquisiuerint; sed etiam diu tutati sint, ac tutentur; & quidem contra fortissimas gentes. similiter haud sunt propessi in suas terra, quamdiu permansere in fide catholica, tam frequentes irruptiones barbarorum. denique non nisi cum multo maioribus copijs, si quando vinci accidit, sunt profligati.* 96